

Kleinere Mitteilungen

Zu den Konzilien von Perpignan und Pisa

Von JOHANNES VINCKE

1. Die Vollmacht König Martins von Aragón an seine Gesandten für das von Benedikt XIII. nach Perpignan einberufene Konzil Barcelona, 16. November 1408

König Martin von Aragón sandte seine Prokuratoren sowohl zum Konzil Benedikts XIII. in Perpignan als auch zu Gregor XII. und zum Konzil der Kardinäle in Pisa¹. Seine Gesandtschaft nach Pisa sollte vor allem die Gesandten Benedikts unterstützen. Dagegen hatte seine Gesandtschaft nach Perpignan in erster Linie seine Ansprüche und Rechte dem Konzil und dem Papst gegenüber zu betonen.

Procuratorium ad concilium Romanum².

Pateat cunctis quod nos Martinus etc., considerantes ad auditum nostrum noviter pervenisse sanctissimum ac beatissimum in Christo patrem ac dominum dominum Benedictum divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem fore celebraturum in brevi concilium generale in villa Perpiniani³ Domino disponente pro bono et tranquillo statu et unione ecclesie sancte Dei, ideocupientes ea que in dicto concilio tractabuntur et fient nostram celitudinem non latere, presertim ubi agitur de et super unione sancte matris ecclesie, adeo ut consentire vel dissentire eisdem et infrascripta facere si necesse fuerit et nobis expediens videbitur valeamus, motu

¹ Siehe die Vollmacht und den Auftrag des Königs bei J. Vincke, Briefe zum Pisaner Konzil (1940), S. 191 ff., und den amtlichen Konzilsbericht bei J. Vincke, Acta Concilii Pisani. In: „Römische Quartalschrift“, 46 (1941), S. 305 f.

² Archivo de la Corona de Aragón, Barcelona, Reg. 2237, fol. 61v. Sowohl Gregor XII. und Benedikt XIII. als auch die Pisaner Kardinäle nannten ihr Konzil ein römisches Konzil.

³ Siehe dazu F. Ehrlé, Aus den Acten des Afterconcils von Perpignan 1408. In: „Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters“, VII (1900), S. 576 ff.

nostro proprio, non inducti, non seducti nec in aliquo circumventi, ex certa sciencia facimus constituimus et creamus procuratores nostros certos indubitatos et eciam speciales vos nobilem religiosum dilectos et fideles Geraldum Alamanni de Cervilione camerlengum, fratrem Johannem Eximini confessorem magistrum in sacra pagina de ordine Minorum, Raymundum Xatmar et Simonem Mironem milites, Johannem de F (?) legum doctorem, Petrum Cathalani licenciatum in decretis et Dalmacium de Biert bajulum Cathalonie generalem consiliarios nostros⁴, de quorum fide ac legalitate aprobata et circumspeccione multum confidimus, videlicet vos omnes septem seu maiorem partem ex vobis insolidum, ita quod primitus occupancium condicio pocior non existat, sed quod per vos omnes septem vel maiorem partem ex vobis inceptum fuerit, per alios ex vobis postquam sitis maior pars mediari prosequi valeat et finire ad interessendum pro nobis et nomine nostro in dicto concilio generali et ad interveniendum in negociis et tractatibus ibi fiendis necnon ad consenciendum et disenciendum negociis et tractatibus antedictis et retinendum deliberacionem nostre maiestati intimandam nostro nomine vel pro nobis, dantes et concedentes vobis dictis procuratoribus nostris seu maiori parti ex vobis insolidum plenam et liberam potestatem in et super predictis interessendi tractandi consenciendi monendi protestandi requirendi et discuciendi et protestatis requisitis seu responsis ex adverso respondendi et replicandi et inde fieri faciendi et recipiendi publicum seu publica instrumenta et generaliter omnia alia faciendi et liberaliter exercendi pro nobis et nomine nostro in premissis et circa ea quecumque expedienda fuerint ad predicta, eciam si talia fuerint, que de iure vel de facto seu alias mandatum exigent speciale queque nos facere valeremus in predictis dumtaxat personaliter constituti. Nos enim tradimus et committimus vobis et vestrum parti maiori super predictis omnibus et singulis cum dependentibus emergentibus et connexis plenarie vices nostras, promittentes vobis dictis procuratoribus nostris et secretario ac notario infrascripto⁵ tanquam publice persone, quod vobis et aliis eciam personis quarum intersit recipienti et legitime stipulanti nos semper habere ratum gratum et firum quidquid per vos dictos procuratores seu maiorem partem ex vobis actum gestum et procuratum fuerit et nullo tempore revocare sub bonorum nostrorum obligacione cunctorum; procuratorium autem huiusmodi sub protestacione condicione et retencione sequentibus facimus, videlicet quod per constitutionem [vel] procuratorium presentem seu interventum eorum, quam facimus proprio motu et ex nostra libera et mera voluntate et non ad citacionem nec alicuius persone vocacionem, non intendimus obligari, nec obligare nos volumus nec regna et terras nostras sumittere ad eundem vel mittendum aut aqualiter sumittendum ad generale concilium antedictum nec alia quevis concilia tam particularia quam generalia, nisi si et in quantum teneamur de

⁴ Die Konzilsakten unterschrieben von den genannten Prokuratoren lediglich Gerald de Cervelló, Johannes Eximenis und Peter Catalá. Ebenda, S. 671.

⁵ Bernardus Medici.

iure et ex nostra preheminentia et prout per nostros predecessores illustres reges Aragonum et nos fuit hactenus usitatum. Quod est datum et actum Barchinone XVI die novembris anno a nativitate Domini Signum. M^o CCCC^o VIII^o regnique nostri XIII^o. Sperend[eu]⁶.

Martinus etc. qui hec concedimus et firmamus sigillumque nostrum appendicium huic publico instrumento iussimus apponendum. Rex Martinus. Testes sunt qui his presentes fuerunt nobiles Berengarius Arnaldus de Cervilione camerlengus et Petrus de Cervilione maiordomus milites, Guillelmus Arnaldus de Bellaria domicellus, Anthonius Torrelles et Gilabertus de Caneto milites.

2. Ein auf dem Konzil von Pisa diskutierter Reformvorschlag Pisa, etwa Mitte Juli 1409

Alexander V. hatte sogleich nach Bekanntgabe seiner Wahl in der Konzilssitzung vom 1. Juli 1409 den Auftrag zur Bildung einer Kommission gegeben, die sich aus je einigen Mitgliedern der einzelnen Nationen zusammensetzen und dem Konzil einen Vorschlag zur Reform der Kirche unterbreiten sollte. Am 10. Juli hatte er die Aufforderung wiederholt. Bei den Schwierigkeiten, die in diesen Beratungen auftauchten, wurde aber die nächste Konzilssitzung, die für den 15. Juli vorgesehen war, auf den 24. und weiter auf den 27. Juli verschoben¹.

Der hier veröffentlichte Vorschlag A² gehört allem Anschein nach in den Anfang der Beratungen. Ihm gegenüber steht ein in zwei Fassungen überlieferter Vorschlag B³, der bis zum 27. Juli formuliert worden sein muß.

A nennt ohne Umschweife die ihm vorschwebenden Anliegen und denkt dabei nicht so sehr an eine Erneuerung des kirchlichen Geistes, als vielmehr an ein Zurückschneiden von äußeren Erscheinungen, die er als Auswüchse empfindet. Er bietet eine erste Zusammenfassung von Reformwünschen und bietet sie in gelegentlich kühner Sprache. B spricht dagegen ausdrücklich auch von einer sittlichen Erneuerung des kirchlichen Lebens und formt seine Anliegen, ohne an Klarheit zu verlieren, nach dem gewandteren und verbindlicheren Stil der Römischen Kurie.

So spricht A nicht nur den Kardinälen bei Strafe der Nichtigkeit das Recht ab, im Falle der Häresie eines Papstes oder eines Schismas ohne vorherige Befragung des allgemeinen Konzils zur Papstwahl zu

⁶ Speraindeo Cardona, Vizekanzler des Königs.

¹ Siehe J. Vincke, Acta Concilii Pisani. „Römische Quartalschrift“, 46 (1941), S. 312 ff. ² Krakau, Universitätsbibliothek, Msc. 193, fol. 311–312. Die Handschrift gehört der ersten Hälfte des 15. Jahrhunderts an. ³ Die kürzere Fassung bei Martène-Durand, Veterum scriptorum ... amplissima collectio, VII (Paris 1735), col. 1124 ss., die um vier Punkte vermehrte Fassung bei J. Vincke, Schriftstücke zum Pisaner Konzil (1942), S. 205–213.

schreiten, sondern er erklärt über den Fall der Häresie hinaus den Papst auch aus andern Gründen offenkundigen Ärgernisses als absetzbar. A droht dem Papst eine poena formidabilis an, wenn er nicht alle 15 Jahre ein allgemeines Konzil einberufe. B geht darüber hinweg und überläßt die Maßnahmen zur Vorbeugung von Mißständen der Initiative des Papstes, wenn auch unter Zustimmung des Konzils. A fordert anteilige Berücksichtigung aller Nationen am Kardinalat; B tut dieser Angelegenheit keine Erwähnung. A will die Ehrenkapläne des Papstes und der Kardinäle der Jurisdiktion der Ordinarien unterstellt wissen. B schlägt dagegen vor, daß nur wenige und hochangesehene Persönlichkeiten zu Ehrenkaplänen ernannt werden dürften, die zudem an der Kurie selbst residierten und deswegen der Jurisdiktion des Papstes unmittelbar unterstellt wären, während die übrigen capellani non vere commensales den Ordinarien zu unterstehen hätten. A setzt sich bei der Besetzung kirchlicher Pfründen für eine bevorzugte Behandlung der an einer Universität Graduierten ein; B weiß darüber nichts zu sagen. A nennt die Nationen, auch wenn er sie natürlich im Hintergrunde sieht, nicht ausdrücklich als seine treibenden Faktoren; B weist dagegen auf die Nationen als die Antragsteller hin.

Der Vorschlag A führt uns also in die Werkstatt des Konzils und ermöglicht uns einen Vergleich zwischen den ursprünglichen Forderungen, die von einem Teile der Vorschlagsberechtigten gemacht wurden, und den nach Form und Inhalt verbindlicher gehaltenen Vorschlägen, die am Ende der Beratungen formuliert wurden und auf die der Papst dann seine Antworten gab⁴.

De reformatione ecclesie tam in membris quam in capite petuntur infrascripta per synodum in Pysis:

1. Primo, quia propter raritatem conciliorum generalium in ecclesia Dei quam plurima mala evenerunt, ad occurrendum tam preteritis quam futuris malis statuatur, quod semper revoluto spatio XV annorum concilium generale celebretur et pena formidabilis Romano pontifici non curanti hoc pro tunc exequi imponatur.

2. Item, quia nonnullae partes christianorum adherent et dubium existit de diutina adhesionem istis duobus senibus condempnatis, scilicet Petro de Luna et Angelo Corrario, ut de ipsarum partium reductione ad unum ovile melius et citius provideri valeat, et etiam propter alios nonnullos prelatos absentes, qui pro reformatione status ecclesiastici tunc personaliter venient, dominus noster papa indicere debeat aliud generale concilium hinc ad tres annos omnino celebrandum, et si placet quod iam faciat durante isto concilio.

⁴ Die Antworten, die der Papst geben ließ, siehe bei Martène-Durand VII, col. 1150—1152. — Zum Ganzen vgl. die Fußnoten bei Vincke, Schriftstücke, S. 205 ff.

3. Item, ne sedato scismate similia de cetero contingant in ecclesia Dei, statuatur, quod, sive de heresi sive de titulo papatus sit questio, cardinales nullo modo eligant inconsulto generali concilio, alioquin electio sic facta sit nulla.

4. Item quia etiam per alia crimina quam pro crimine heresis patitur nimirum ecclesia, statuatur, quod, quotienscumque occasione aliquorum huius manifesta scandala eveniant, non minus quam pro crimine heresis Romanus pontifex deponatur, quacumque absolute non obstante.

5. Item possessiones castra etc. ecclesiastica Romanus pontifex laicis infeodare aut obligare sine expresso consensu singulorum cardinalium non debeat, alienationem nullam faciet sine consensu generalis concilii.

6. Item, quod de singulis regionibus, non autem de una duabus aut tribus solum, ut hactenus consueverunt, cardinales assumantur, sed ut esse debeant ad minus XXIII de christianitate.

7. Item, quod ecclesie cathedrales dignitates elective sive principales ecclesie parrochiales abbatie seu prioratus conventuales non dentur cardinalibus in commendam, sed de aliis beneficiis universalis ecclesie eis provideatur.

8. Item, ut tollatur dissolutionis et litigandi occasio, persone exempte ut capellani honoris etc. correctioni et iurisdictioni ordinariorum relinquuntur, et similiter circa exemptionem ecclesiarum provideatur.

9. Item, quod tollantur reservationes tam generales quam speciales de ecclesiis cathedralibus abbatibus et aliis dignitatibus, et servetur ius commune in electionibus faciendis et confirmationibus petendis, scilicet a suo superiore immediato, salvo tamen debito camere apostolice, et quod tales non teneantur ad servitia debita camere apostolice ante lapsum anni pacifice possessionis computandi.

10. Item, quod ecclesie cathedrales et regulares etc. nimium taxate redigantur ad debitam taxam et super hoc commissio petenti non negetur.

11. Item circa beneficia in Romana curia vacantia serventur iura communia, regulis cancellarie et aliis resecatis, quoniam varietate ambiguitate et contrarietate lites oriuntur, et si quas constitutiones necessarias fieri contingat de cetero, fiat debita publicatio.

12. Item cessent in beneficiis primorum fructuum exactiones, quas avaritia adinvenit; refrenetur cupiditas collectorum fructuum camere apostolice, ut clerus non spoliatur; et quia nonnulli quittancias solutionis suorum predecessorum fortasse a XL annis facte et ultra reperire non possunt, absolvantur prelati a debitis predecessorum, dummodo suum solverint vel solvunt; clerus per Romanum pontificem aut per temporales dominos talibus aut quibusvis exactionibus non opprimatur etc.

13. Item, quod non nisi in arduis causis et gravibus personales citationes concedantur, et limitentur casus in quibus sint faciende etc.

14. Item, quod monitoria et processus inordinati contra possessores beneficiorum non concedantur, sed servantur iura communia possessoris VIII vel X annorum pacifici et quieti; post lapsum huiusmodi temporis amplius nullas lites in huiusmodi beneficiis que possident patientur.

15. Item, quod prelati de cetero de suis sedibus, presertim de maiori ad minorem, nullo modo transferantur sine iusta et legitima causa, et si fieri contingat, non nisi cum debita cause declaratione fiat.

16. Item, quia ex multiplicatione gratiarum maxime expectivarum scandala multa et lites proveniunt, clauduntur manus collatorum et patronorum cum magno gravamine personarum et ecclesiarum detrimento, provideatur, quod provisiones preiudiciales ordinariis et cetera scandalosa non fiant.

17. Item, quod ordinarii etc. teneantur promovere solum dignoscientia et moribus etc., precipue graduatos in studiis generalibus, et quod, si aliter carnalitate aut principum aut aliorum importunitate fiat, ipso facto sint suspensi per triennium ab huiusmodi collatione, vel aliter provideatur.

18. Item, quod omnes beneficiati a tempore inchoationis scismatis usque ad tempus subtractionis vel quo licuit obedientiam subtrahere, quibus lis nulla movetur vel mota per concordiam vel alias sopita, in beneficiis absque vexatione permaneant, et quod gratie dispensationes vel habilitationes etc. eodem tempore facte confirmentur, et quod huiusmodi beneficiati ab omni solutione annatarum vel collectarum per contententes de papatu imposterum sint absoluti.

19. Item, quod incorporationes ecclesiarum parrochialium motu proprio aut alias minus rationabiliter facte revocentur, et quod ordinarii locorum super hoc inquirendi et informationem recipiendi simpliciter et de plano habeant potestatem, et quod liceat ordinariis de huiusmodi beneficiis personis idoneis providere.

20. Item, quod in singulis ecclesiis parrochialibus canonicè incorporatis per diocesanum ordinetur unus vicarius perpetuus canonicè instituendus, cui debita portio pro hospitalitate tenenda et aliis oneribus per eundem diocesanum assignetur, non obstantibus privilegiis quibuscumque.

21. Item, quod omnes consolidationes vicariarum perpetuarum in ecclesiis parrochialibus indistincte revocentur et vicarii perpetui in eisdem canonicè instituantur, monachi insuper canonici regulares et alii religiosi, qui extra claustrum degentes se titulo quocumque cure animarum ingerunt, ad claustra redire cogantur, clericis secularibus per ordinarios ibidem institutis.

22. Item quod nullus tabellio in partibus debeat suum exercere officium, nisi prius per ordinarium loci fuerit approbatus.